

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4038

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Pierre de la Tournelle [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1207, avril

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [II], roi de France, reconnaît l'acte par lequel l'abbé Henri et le chapitre de Saint-Denis ont constitué Pierre de la Tournelle prévôt de leur terre du bocage de Lyons, à savoir de Morgny, de Lilly et de Fleury.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1088, p. 291-292.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 423-424.
- c. Boussard Jacques, Monicat Jacques, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 3, années du règne XXVIII à XXXVI (1er novembre 1206-31 octobre 1215), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 7), 1966, n° 970, p. 14-15.

Dissertation critique

1207, du 22 au 30 avril, ou 1208, du 1er au 5 avril : datation proposée par BOUSSARD/SARAMAN/MONICAT, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 3, n° 970, p. 14.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex, universis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Noveritis quod, sicut ex autentico scripto Henrici, abbatis Sancti Dyonisii, et capituli cognovimus, idem Henricus et predictum capitulum, de communi assensu, Petrum de Tornella, majorem natu, constituerunt prepositum ad vitam suam in terra sua de boscagio de Lyons, scilicet de Morigni, de Lylli et de Flori cum earum pertinentiis, ita quod dictus Petrus preposituram illam fideliter custodiet et se ipsis fidelem exhibebit et de eadem prepositura viginti libras parisiensium in octavis Sancti Dyonisii ipsis, Caritatibusque eorum quinque solidos, et in Natali Domini frescengiam unam infirmario annuatim reddet, et infra quinquennium a susceptione presentium litterarum et termino conscriptionis earum, centum libras in herbergagio, testimonio proborum virorum, ponere tenebitur, salva eis donatione ecclesiarum suarum, et salva procuratione dicti abbatis semel in anno quando ad locum ipsum abbatem venire contigerit. Idem autem Petrus omnia tam mobilium quam immobilium incrementa, que in prefata prepositura est facturus, ad ecclesiam Beati Dyonisii in decessu suo in integrum reversura, prestito juramento, promisit. Cum autem predictus Petrus ad ipsos venerit, ipsum procurabunt sicut prepositos suos solent procurare.

De ista autem conventione in bona fine tenenda, idem Petrus ipsis assignavit in contraplegium quicquid tenet ab ipsis, vel quicquid habet sub jure ipsorum atque dominio. Nos vero, ad petitionem utriusque partis, hujus rei testimonium perhibemus, et, ut ratum et firmum permaneat, presentem paginam confirmamus. Actum Parisius anno Dominice Incarnationis millesimo CC^o septimo, mense aprilis.